Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



·xi·

nobis in xpo iesu: quia iounb? diuites facti estis illo omni ubo
et omni sacietate. sicut testimonium xpi confirmatum est in uob: ita ut in
nihil uobis deficiat in ulla gratia, expectantib? reuelacionem dni nri iesu xpi.
Qui et confirmabit uos usq; ad finem sine crimine: in die aduentus
dni nostri iesu xpi. ℣. Gaudium.

Illo t. Accesserunt ad iesum pharisei: et interrogauit eum unus ex
eis legis doctor temptans eum. Magist: qd est mandatum magnum in
lege? Ait illi iesus. Diliges dnm deum tuum ex toto corde tuo: et
in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum man
datum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum: sicut te ipsum.
In his duob? mandatis uniuersa lex pendet et ppte. Congregatis
autem pharisei: interrogauit eos iesus dicens. Quid uob uidetur de
xpo? Cuius filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo
dauid in spiritu uocat eum dnm dicens. Dixit dns dno meo. sede ad dexteris
meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo dauid
uocat eum dnm: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere
ei uerbum: neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Res. Renouamini Dom. xviii. Ad Ephesios

spiritu mentis uestre: et induite nouum hominem. qui secundum deum creatus
est in iustitia et sanctitate ueritatis. Propter qd deponentes mendacium
loquimini ueritatem unusq;q; cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini:
et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite
locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur: magis autem laboret
operando manib? suis qd bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem
patienti. ℣. Ascendens iesus in nauicula.

Illo t. Ascendens iesus in nauicula: transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei para
lyticum iacentem in lecto. Et uidens iesus fidem illorum: dixit paralytico.
Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. hic blasphemat. Et cum uidisset iesus cogita
tiones eorum dixit. Ut qd cogitatis mala in cordib? uris? Quid
est facilius dicere. dimittuntur tibi peccata. aut dicere. surge et ambu